parvos, quam maiores; nec erat civitas, Castrum, aut Villa aliqua, in quibus non esset pars, aut districtum; et super his per Utinenses, et eorum partem missi fuerunt Ambasciatores sepius ad Summum Pontificem, ut verum Dnum Patham deberet mittere in Patriam more antiquitus observato, vel quod iste Dnus Cardinalis exiret Capella Cardinalatus. At Dnus Papa scripsit in contrarium, ut eum deberent acceptare. Et de hoc Utinenses, et eorum pars non fuerunt contenti, et sepius miserunt ad Dnu Ludovicum Regem Ungarorum requirentes pro eorum Capitaneis quam plures de fidelibus dicti Dni Regis. Et sic finaliter orta fuit lis, et discordia inter ipsos Civitatenses, Utinenses, et eorum complices. Ideoque Utinenses ibant multoties cum eorum Campo, et gentibus Civitatum Austrie omnia destruentes, et sic magna scandala, et interemptiones hominum, incendia Domorum, captiones hominum orta fuerunt, et subsequta, et alia gravissima, que quidem enarrare omnia longum esset. Et vere Utinenses, sepissime civitatenses cum eorum potentia superassent, id tarde, sed dure procedebant pro pace eorum ad aliorum, et aliorum de contrata destructionem, ut bene poterant, et potuerunt sepius. Civitatenses vero semper cum blandimentis, et variis voluntatibus, et verbis blandis, cum videbant se superari mittebant ad Utinenses eorum Ambasciatores dicendo unum, et aliud cum videbant sibi tempus faciendo, et de ipsis pro pace iudicando. At Dnus Franciscus de Carraria Padue Dnus ostendens se huic liti velle interponere tractatu habito inter Utinenses, et ipsum Cardinalem, et civitatenses, quod partes se

se in eundem compromiserunt, et sententiavit quod sub pœna 1000 Ducatorum quilibet obedientiam faceret ipsi Dño Cardinali, infra spatium dierum sex, et darent omnia Loca, et fortalitia ipsi Dño Cardinali.

Bellonus collocat hoc arbitrium Carraricasij sub anno 1389. Verum tamen contra autoritatem Patavorum et Joannis huius nostri, a quo tamen omnia hausit. Etiam bellum de quo hic agitur tunc temporis patratum erat, et Dnus Franciscus Senior iam abdicaverat die 29 Junij, Anno 1388, teste Piscatio Patavo; et haud scio an superstes fuerit ipse Alenconius. Et constat ex quodam promissorio Nobb. Dnorum de Ragonea ad dandum sacramentum dicto Alenconio extante in quodam Protocollo nostri Joannis sub die 13 Augusti Anni 1387, dictam sententiam prolatam fuisse ultimo Julij dicti anni 1387; De ipsa enim fit mentio in dicto Promissorio et dicitur iam lata, et promulgata dictis die et anno.

Tunc ipse Cardinalis promisit se daturum ipsi Dño Paduæ Sacilum, Portum gruarium, Montem falconis, Sclusam et certa alia fortalitia: et facta est illico eidem obedientia tam per utinenses, quam per eorum Colligatos, et per nos de Maniaco cum verbo et consensu dictorum de Utino. Tunc ipse Dnus Paduæ in Utino posuit penes ipsum Cardinalem Michaelem de Rabatt suum familiarem in Marescallum, quemdam Joannem de Padua in Vicarium, et omnes officiales ad sui beneplacitum, et in Utino retinendo suos familiares et cavallerios, taliter quod in Utino multi erant, et restantes; et finaliter Utinenses, qui videbant Patriam fere quasi in totum amissam, volentes ulterius relevare, discordiam habere inceperunt cum ipso Cardinale non

videntes

videntes ipsum Dominum, sed potius Dnum Patriæ. Tunc iterum cum eorum sequacibus liga facta ad guerram se posuerunt, et nos de Maniaco cum eis. At mortuo D. Rege Ungarorum, Utinenses tractaverunt ligam habere cum Ducali Dominio Venetiarum, et cum Dño Antonio de la Scala Dño Veronæ. Qua liga facta, tunc Utinenses tenere voluerunt ab omnibus de contrata, qui cum eis vellent esse pro manutenendo libertatem Patriæ, et quod libertatem non amitterent. Cum quibus Utinensibus illi de Savillo, de Caniga, de Aviano, de Cordovato de Spegnemberg, de Valuasono, de S. Daniele se volentes promiserunt contra ipsum Dnum Cardinalem. Tunc Duc. Dom. Venetiarum incepit serviere gentibus et mittere unum de Venetiis probatissimum Deputatum ad regimen Terræ Utini, et eorum Partes, et guerræ, et Dominus Veronæ unum misit, qui pro eo gentes faciebat et scribebat. Civitatenses vero ligam, et unionem fecerunt cum Dño Francisco de Carraria, Dño Paduæ, et Tarvisij, et ipse Dnus Paduæ ligam fecit cum Dño Comite Virtutum Dño Mediolani contra ipsum Dnum Veronæ, et ad eius destructionem, et Dñs Cardinalis fugat de nocte ceperat, et ivat Paduam. Utinenses igitur cum eorum gentibus iverunt ante Glemonam cum exercitu, et Terram depugnantes, Domos comburentes, vites detractantes; et finaliter illi de Glemona se parti Utinensium dederunt, et sic processum fuit contra Hilmetiros, et se parti dederunt, qui in Terra multi erant amantes Partem Utinensium, et sic tota Carnea sequenter se cum parte Utinensium posuit. Dnus autem Philipponus de La Turre, uno die dum castrum Clettæ exiuisset volens

volens ire ad alium locum, captus fuit et presentatus Utinensibus; prop-
ter quod loca dare eum oportuit Utinensibus. Et isto modo guerra
insultavit gravissima. Et Dnus Padue habuit tractatum cum Dno
Rizzardo de Valuasono qui potius erat Capitaneus in terra Portus
Gruarij electo Nob. Dno Albertino de Spegnembergo, qui ibi fue-
rat Capitaneus per dictum Dnum Philippum de Alenconio Et dum
ipsi de Utino dubitarent de dicto Dno Rizzardo, qui ut fertur
steterat continue Parte, in uno die Provisor Venetiarum equitavit cum
Dno Doijmo de Castello, et alijs nobilibus ad Terram Portus Gruarij, et
vocari fecerunt ipsum Dnum Rizzardum, ut ad eos veniret. Qui cum
venisset ei requisiverunt Castrum Portus Gruarij. Tunc dixit. Vos
Domini bene veneritis, non displaceat vobis, de mane vobis dabo
responsum. Et revertentibus in Castrum, subito ille nequam equitavit
in la Motta, que erat tunc Dni Padue, et cum Dno comite Jo:
anne a Barbiano Capitaneo magne gentis Pedum, et equitum, venit
in Portum Gruarium tam tacite quod quasi sibi expectantes
responsum ut fugam rapere potuerunt, nec cives terre ali-
quid senserunt, et terram ipsam sic proditorie receperunt
cum quibus gentibus ipse Dnus Cardinalis erat, veneruntque dicte
gentes cum magno furrore contra Sacilum, cum magnis bombardis,
et pluribus diversis artificialibus. Que inde recedentes, venientes
Sanctum Vitum, ibique Castrum circumdantes uno die ipsum deuicerunt.
Nam se parti dedit iniquae non obstantibus gentibus, videlicet
Lanceis quinquaginta, que ibi per Utinenses in eius succursum
misse fuerant, que illico exinde expulse, venerunt Utinum et
exinde

exinde redeuntes dictæ gentes, Dñi Paduæ, positis ibi eorum Ca=
pitaneo, officialibus, et alijs venerunt ante Terram Spegnember=
ghi, cum eorum infinitis gentibus pedihum, et equitum, curribus,
bombardis, lapidibus, victualibus, et alijs necessarijs. Qui de
Spegnembergo illicò se parti dederunt sine mora ob timorem
inducti, et exterriti non tollerantes ictum solum lapidis, nec ic=
tum unius balestræ, sed priusquam eas ad terram aplicaviscent
concordiam cum ipsis habuerunt satisfacienda. In qua terra
erant ultra 70 lanceæ partis Utinensis, et pedites in suffi=
cienti numero, pro eius defensione, et his non obstantibus se,
ut dictum est, statim reddiderunt adversæ parti Utinensium
eo quod concordium fuit Nob. Dnus Nicolaus de Zanna, pro quo
miserant, qui ostendens nolle se impedire de prefata guerra fortificatas
foveas cum bertaresis fieri faciendo et totam Villam Zanæ fortifica=
bat, licet finaliter tota fuerit destructa. Itaque exclusis ipsis gen=
tibus de parte Utinensi in terra Spegnembergi pro eius defensione
missis Nob. Dnus Nicolaus de Spegnembergo, qui multum dilectus,
amatus, et honoratus fuerat per Utinenses, et coram partem quasi
caput illius partis, cum reversus fuit Utinum (nam concordio facto
cum ipsis gentibus, et ipsis de Spegnembergo, reversus est Utinum,
quia moram ibi attidaes tenebat) cum intravit Terram Utini in
furore populi interfectus fuit, et ductus fuit super Plateam Utini
et permansit quasi per tota die. Tunc gentes prefati Dñi Paduæ, cum
quibus erat Prefectus Dnus Philippus de Alençonio Cardinalis, milia=
tis

videns se Citra Tulmentũ quęcunque fortalitia, et loca post quam Castrum Nobile Montis Jardinei antiquitus nominatum, hodie verò nominatus Maniacum, et Savilan, continuò Tulmentum transierunt et iverunt subitò ante Castrum Saviorgnani, ipsumque statim habuerunt non potenter, sed quia ob timorem rusticorũ qui in multitudine magna in eo intraverant, subitò se dedit. Propter quod durante guerra multi de parte contraria in eo stantes Terram Utini damnificaverunt cum aliis suis circumstantibus. Ipse autem gentes venerunt ante Terram Utini et videntes eis nihil posse facere, exinde recedentes venerunt ante Castrum Sti Danielis: ibi quindecim diebus steterunt cum magnis bombardis die noctuque iactus trahentes, et ad eorum defensionẽ dicti Utinenses equites et pedites miserunt. Quibus de Sto Daniele potenter se defendentibus una nocte in dicto loco ignem iactaverunt, per quem multę domus combustę sunt illa nocte, et procerto nisi a Deo eiusque gloriosa Matre Virgine Maria, a quibus omnia bona procedunt, et Sancta Aquilejensi Ecclesia defensatur auxilium ipsis de Sancto Daniele missum fuisset, locus ipse perditus foret. cum autem dictę gentes ante ipsũ locum venissent de mense Octobris, pluvię magnę a Deo missę sunt tam copiosę, et infinitę ut omnes aquę tam mirabiliter creverint, sicut a memoria antiquorum unquam fuerint, et per omnes dicebatur, quod Tulmentum et omnes lecti aquarum nunquã in tanta altitudine fuissent. propter quod, exercitus ipse non poterat aliunde mittere pro victualibus aliquibus et in Campo sancto famẽ patiebantur, quod pro pace ~~[illegible]~~ dedissent

ducatum

Ducatum unum et nisi fuisset, quod super campos rapas in magna quantitate reperiebant, quas comedebant, penitus ex ipsis multi ex fame mortui fuissent. Domini de Colloretto potenter se habuerunt contra ipsas gentes cum parte Utinensi inimicos sepius ledentes. Dni Candidus Zuffus, et Leonardus de Ragonea ob timorem videntes invito Dno Joannino se parti isti dederunt, eique ministrabant victualia pro posse. Qui dominus Joanninus domum superiorem obtinebat olim q. Rossi, et multum partem Utinensium amabat laudabiliter plorando oportuit finaliter fecisse, sicut fecerunt sui consortes, quia inter ipsos consortes non erat verus amor, et extentionis ipsis gentibus ipsum male contentum, nisi fuisset Dnus Morandus de Borgnaria, et Michael de Rabat, qui inter ipsas gentes Domini Paduae magni erant, quia Dnus Morandus erat Marescalus, ipse Dnus Joaninus missus foret Paduam tamquam carceratus, qui statim recedens ex ipso exercitu cum tacito, et secreto consilio praedictorum venit Ragoneam domum suam; et cessavit interim pluvia, et aquae diminutae sunt; tamen praefatae gentes Tulmentum transiverunt cum magno periculo, et multi in eo submersi sunt et venerunt in Zoppola, et Zavraria, et Castegliono, in quibus Villis per plures dies moram duxerunt nos de Maniaco sepissime invadendo, et non solum ipsi de exercitu, verum etiam gentes de Juvri, de Valuasono, de Spegnemberge sepissime nos de Maniaco insultabant. Nos vero de Maniaco ab omnibus nos invadentibus bellicose, et potenter cum fortissimis nostris fidelibus vicinis defendentes ipsos, et

ex ipsis

ex ipsis, et ultime cum ad nostram veniebant destructionem offendebamus. Uno die dum de exercitu ad nostram incipient circa ducenti equites, de quibus circa sexaginta venerunt in Cruisellam versus ad Plateam, et tertia, et maior pars ad Plateam Mariaci famuli, hora meridiei de nostris sexdecim sotij euntes in Cruisellam prefatos adversarios ex villa, expulerunt ipsos extra villam, et super via Coluarie viriliter prosequentes et ibi duo boni equi eis mortui fuerant; ad pontem vero, sive ad Plateam forte quatuor sotij invaserunt, qui intus de fortalitijs intrare satagebant, et ab equis iam descenderant, qui subito vix in equis ascendentes fugam in plateam receperunt. Tunc maior comitiva de nostris velociter in iuvamine nostrorum venientes, prefatos inimicos de platea cum sagitis, balestris et eorum armaturis viliter depulerunt, et per similem modum tertia societas de nostris persequens prefatos adversarios ad plateam Mariaci famuli turpiter ipsos extra Villam expulerunt, et ipso die certi ex ipsis inimicis euntes in Mariaco Livi commoti ex nimia tristitia, quia contra nostros triumphum non obtinuerunt, sed damnum et verecundiam receperunt, ipsam Villam Mariaci Livi combusserunt, et sic reversi sunt ad campum verecundanter admodum. Inde alia die reversi sunt mane ad nos in crepusculo diei cum toto exercitu peditum et equitum furtive de nocte euntes per latum Coluerie in Vorada, et exinde venientes per Colles, et montes. Quos tamen de nocte sentimus per quasdam mulieres de Basaglela habitantes in domibus mei Joannis Notarij q.m Aylini, que ad urbem ipsam iverant pro factis earum, que dum erant in ipsa villa audiverunt tubas, et sonitibus ipsarum

ipsarum gentium, ipsique gentibus vitij illico venientes mansiceà hora mediæ noctis nobis dixerunt, videlicet Nob. et circum[s]pecto Iuveni Dño Luchino q.m Nob. Dñi et Egregij viri Dñi Michili de Ma-niaco, qui Dnus Odoricus eius Frater nimia vexabatur infirmitate, taliter quod à toto se volvere non valebat. Dnus Baldasar morans habens Utini cum Filijs suis, tunc temporis Iacobum Laidę de Aviano cum Laurenzutto q.m Ioannis moræ in Domo sua tantummodo habebat, & Bartolomeus q.m Dñi Odorici erat super comitata Tivolij. Qui Dnus Luchinus illico habita nova à dictis feminabus de adventu dictarum gentium convocatis vicinis, et à somno excitatis, ut quilibet esset promptus ad [illegible] insultui adversariorum; quia Villam totam reliquimus, et relictam habebamus, et omnia nostra deduxeramus in Castro dum ipsæ gentes stetterant ultra Tulmentu, et recolligentes minuta et bladas, ac Vinum, ipsum Castrum nobilissimè divitijs implevimus, et in tanta copia, quod per annos quinque et ultra Castrum benè erat fulcitum omni-bus necessarijs. Qui verò vicini cum surrexissent, et oram ante Portam loci stetissent, nihil sentientes se dormitioni posuerunt. De mane vero in Crepusculo diei ut dictum est duo nostri Castrum exirent et ad villam iam aliqui ivissent, rumor ap-paruit, ita quod in Villa, et in Montibus insultatio nobis facta fuit; ipsæque gentes venientes supra Collem Ervisdum cum balestrijs grossis de Molinellis, et arganellis torchibus in Castro habebant in tanta copia, quod aer videbatur accensus; nec

nec propterea aliquod damnum nobis intulerunt. et licet multas sagittas iactaverint, tamen gratia Dei, et defensione bonorum vicinorum nihil nobis nocuerunt. In ipso die Villam totam combusserunt, et pauca tamen nobiscum fuerunt lucrati. Illo die mortui fuerunt de nostris Candidus Bassini cum uno telo in capite, et de eis multi percussi, et sic reversi sunt ad eorum campum in Castiglione, et Zavaria.

Nos autem de Mariaco non exterriti propter consumationem Domorum combustarum animum robustum sumentes, et ad nocumentum inimicorum porreximus, videlicet contra homines Meduni, qui ad nostram lesionem venire presumpserunt, cum felici Benello Domus Mariaci se pessime ante Portas Meduni euntes locum exterminando, et villicos capiendo, et bona ipsorum derobando in tantum, quod ipsi de Meduno se uno die parti nostre dare voluerunt; sed nullus fuit, qui signum concordi, et pactum recipere vellet, dum uno die ipsi de Meduno ex timore nimio capacium civium circa duxerent pacta requirentes. Nostri verò animum voluntarium habentes, non attendentes ad eorum requisitionem putabant nos illo die superasse, et intra muros villam totam cremaverunt, et campaneas, et gravissimum damnum illis intulerunt, et de eorum animalibus, et vicinis captivantes Mariacum conduxerunt. et sic quasi omni die nostri ipsos insultabant, et damnum gravissimum inferebant. Et uno die dum ꝗ Bortolomeus q.m Domi Odorici venisset de comitatu Tirolis ipsos de Meduno insultaverunt, et ex ipsis quatuordecim ceperunt de Mense Martij in 1346, qui dati, et presentati fuerunt prefatis Dnis Luchino, et Odorico fratribus, et quibus
impositis

imposita fuit talea Ducatorum 200; et duos alios habebant dicti Dñi in Carceribus pro quibus omnibus solverunt dicti de Meduno mille lib. sol. quos ego Joannes Notarius q.m Az[...]ini de Maniaco recepi in Castro Mizze presente Dño Nicolao de Zanna, et duxi in Maniaco.

Nob. Dnus Baldassar ante principium ipsius guerre moram trahens Utini dimi fecit Filios suos Utinum. Guerra ipsa incepit in 1385, in Festo Stæ Crucis, sive in Vigilijs ipsius Festi.

Et gentes Dñi Paduæ stantes in Turri nos de Maniaco invaserunt nullam ab eis custodiam habentes de Mane, cum Vicini exirent ad opus, et ad vindemiam, et ipsa die fuit captus q. Orlandinus prope domum Zanetti della Centa, sed per Brandilisium ipsius Filium, et alios vicinos illico fuit de manibus ipsorum redemptus, et erant pedites, et equites num.o 60 cum uno tamburino; tamen animalia aliqua secum duxerunt, et quemdam Brevigutium pauperem nostrum vicinum, qui tamen de eorum manibus fugam cepit.

Dnus Bartolomeus q.m Dñi Odorici venit de comitatu Tirolis post ipsum insultum nobis datum, et reperijt nos de Maniaco in gravibus guerrijs, et discordijs specialiter cum pugnatis de Meduno, et turre campanile ad terram deiecerimus, et villam Cremaori ferebantur. Post vero suum adventum dictus q. Bartolomeus potenter et animose procedens ad guerram, sepissime cum sotijs tam de contrata quam forensibus ipsos de Meduno invadens eos bellicose destruxit. Et quasi omni die nostri per montes, et per planum eos infestabant, et ad tantum deduxerunt, quod antenhi gravius inter ipsos

ipsos consortes de Meduno facta est, in qua discordia Joannes grandis q.m Dni Francisci, et Joannes parvus eius nepos expulserunt q. Jacobutium q.m q. Nicolussij, quia ipse Jacobutius, et Thomasius q.m q. Philippi eius consanguineus condolebant esse cum hominibus Maniaci in discordia, videntes se nihil posse nisi patrueliorum destructionem, et eis apparuit impossibile. Tunc tractatu habuerunt ipsi Jacobinus et consanguineus de Mense Julij cum eorum Villis, et ipsos Joannem grandem, et parvum expulserunt, et tamen in se retinuerunt ad honorem Regis Utrensium, et miserunt Maniacum per succursum sociorum quibus nos de Maniaco ad sufficientiam misimus socios, qui cum eis habitabant, habentes continue castrum nostri socij in custodia. Et in praefata guerra nostri de Maniaco finaliter destructionem dederunt Villis, arbores, stozhas, sorhilia, vasa, ventas, et alia supellectilia Maniacum ducentes, et quod ducere non poterant, cremabant nihil penitus dimittentes.

Et nota quod regnante guerra inter nos de Maniaco, et ipsos de Meduno, homines Fannae satis aperte, sic, ut nos sentiebant ire contra ipsos, sive per Villam Fanae sive a parte inferiori, sive per montes, sicut nos ire sentiebant per signa fumi, vel nuncios eis notum faciebant, et in hoc magna inimicitia regnabat inter nos de Maniaco cum ipsis de Fana. Praeterea ipsi de Fana, et specialiter Antonius Bosavani et corradus Calne (qui tamen per nostros adversarios fuit interfectus, et sic ut meruit mercedem suscepit) et alij circa Bastia ipsos de Meduno retinebant absconsos,

absconsos ut hora aliqua nostros euntes Zanae possent capere, et depreda=
ri. Item consentiebant, et consenserunt quod quidam Varias Boemus
familiaris Dñum Luchini, et Fratrum eadens Dom Dño Nicolao fuit
captus in Villa Zane: et sic per ipsos de Zana nos de Maniaco male
tractabamur, et multoties capientibus nostris captivos prope villam
Aviae, et super Dominio ipsius Villae, vel animalia grossa, et minuta
Dñus Nicolaus habitans Mizzae Maniaco suos nuncios mittebat rogan=
do, ut relaxarent cum blandimentis, cui saepius complacuimus, non
propter favorem ipsius tamen, sed quia gentes Dñi Zanae stantes
Stedruni in Valuasono, et alijs locis non requirerent ad nostram lesio=
nem sic, ut benedactus in malitijs facere sciebat. Et penes se
habebat quendam fratrem Christoforum Abbatem Zanae genere Zama=
gnolum requirer contra nos de Maniaco Laborantem consilijs penes
ipsum Dñum Nicolaum, et ad omnia nostra nocumenta instiga=
bantem cum certis alijs rusticis de Zana, quos ipse Dñus Nicola=
us deportavit ad regimen Villae Zanae sic ut fuit Cantta Nico=
lussius de Mielo, quibus eorum prava animositas ad regimen
male successit, ut inferius de veritate narrabitur. Iste Dñus
Nicolaus de consilio ipsius abbatis, et Depeubatom ultra annum
continue fecit fieri foveas circa locum, spinnatas, sjabras,
Domunculas, et quod omnes de Zanna conducerent sua in Mizza
ostendens tamen se de ipsa guerra, nihil velle impedire, neque
cum aliquibus partium ad lesionem alterius se velle imiscere, dicens:
volo

Volo stare pacifice, et cum nulla partium partem capere, sed si quis me offendet, me ab eis defendam, et pro mei deffensione me fulcio, sed non ad lesionem alterius. Et tamen contentebat, quod quidam Thias filius Leonardi Papiti stabat in turri, et veniebat in Jana, et tamquam quidam Antonius de Verona, qui fuit, et erat Capitaneus S.ti Viti, venerunt usque ad castellum sub Porta Castri à latere versus occidentem.

Tunc requisivit dictus Dnus Bizzardus, ut aliquis de Domo Maniaci eum, et sotium audiret. Tunc ex deliberatione facta inter Dnos Bartolomeum, Talucanum filium Baldasarij, Luchinum, et Odoricum Fratres Olorandinum q.m Bartolomei et aliorum fidelium vici=norum de Maniaco, ipse Dnus Luchinus intimidus, et amabilis toti populo ipsius Castri cum honorabili comitatu suorum fidelium associatus exiens ad ipsius Dni Bizzardi presentiam venit, et aliorum, qui ibi venerant pro parte dicti infelicissimi Dni Comitis Naturalis. Quem cum ipse Dnus Bizzardus, et eius sotius multo cum honore excepissent, tractare cum ipso ce=perunt ipsum castrum requirentes ex parte dicti Dni Comitis filij dicti Dni Padue, quod pacifice dari in eius manibus poterant non tentata ipsius vi, et potentia, quodque custodiendum, et salvandum dicebant nomine Dni Phillipi de Alenconio Cardinalis. Quod si eidem darent, multa pro=mitebant se operari velle pro ipso Dno Luchino, fratribus, et consortibus suis penes ipsum Dnum Padue, et quod eos haberet bene recomissos. Quibus dictis ipse Dnus Luchinus iuvenis sapiens et prudens res=ponsum fecit; et primo honore ~~[illegible]~~ eis, qui illares suam intentionem

tuentes

putantes illico obtinuisse gaudentes sumpserunt prestitum ei honorem. Sed stantibus ipsis in his verbis multi ex exercitu cum falacibus animis simulantes per viam inter castrum, et Collem Zuddam, armati cum pallis ferreis, sapponis, et malleis venerunt usque prope muros sub Domo olim Dñi Luchini, ubi dicitur Abbatia Cibi, quam Bartolomeus edificare fecerat stallam equorum sub domo prefata nescientes Dño Luchino, et qui cum eo erant, et licet custodes nostri stantes super muris bene viderunt, nihil dixerunt, qui tregua data erat inter partes, non considerantes malitiam ipsorum, et eos falaciter venire, immo putantes concordiam sequi inter partes. Finaliter ipse Dñus Luchinus tamquam dominus sagax, et providus, multum prudenter, constanter que et robusto animo loquens ipsi infelicissimo Dño Gerardo, et eius sociis his verbis allocutus est, et responsum fecit: Dñi Vos nuncios missos per vestrum comitem, et capitaneum una cum ipso vestro Capitaneo, et aliis suis sequacibus latere non credimus, Nos de Maniaco fore confederatos cum Ducali Dominio Venetiarum, et Utinensibus, et cum eis prestitisse nostrum sacramentum, partes eorum nostro posse obtinere debere et velle. Nostre intentionis est prestitum sacramentum nostrum, et promissionem nostram potenter velle obtinere, ne verbis nos permitere terreri. Ite ad Utinenses, vel mittite nuncios vestros: hec eis nota facite; et sic ut ipsi per nos conati facere facient, vel disponent nos facere debere, sic nos promittimus indifferenter et

statim

statim velle facere et faciemus. Si vero vos cum potentia vestra contra nos fideles partis nostre facere tentabitis, potenter nos tueri velle, et paratos reperietis fidem nostram prefate nostri partis servare animo constanti et robusto. Nec credatis nos pavidos esse nec aliud responsum posse de nobis habere, quam quod istud felicissimum Castrum nostrum pro nobis intendimus servare, ipsumque contra vestram potentiam tueri et defendere velle. Quod si a mandatis nostris ipsum subtrahere volueritis non verbis, sed factis ipsum vos in prelio habere non expedit. Et nos scire volumus, quod omnes in Castro nostro inclusi sumus unanimes et non claudicantes, et dispositi potenter ipsum Castrum obtinere velle ad honorem et statum Sancte Aquilejensis Ecclesie et partis nostre prefate, et nostrorum. Dum hec agerentur, quamquam treuga data esset inter partes, tamen ipsi de exercitu tamquam homines infidi non cessabant foveas facere pro eorum bombardis aptandis, et ad muros ut ante suprad. est venire.

Forte eo tempore acciderat, ut quidam vir honestus, et valens nomine Joannes Bevilacqua in armis, patronus Utinensis, conestabilis viginti quinque equitum qui missus fuerat in succursum terre infidelium Sacilensium per Utinenses, et Rectorem Venetorum qui in Utino morans trahebant pro Ducali Dominio Venetiarum, veniens per sub montes, cum applicuit cum sua comitiva Avianum reperit Sacillum esse datum parti adverse, et ipsos de Aviano iam claves ipsius loci Aviani misisse per eorum nuncios Sacillum ipso infelicissimo Dno Comiti, propterea ipsi

ipsi de Aviano eundem Joannem cum prefatis sotijs suis illico se licentiaverunt.
Qui statim venientes per submontes ob timorem inducti videntes ipsas
gentes talia loca fortissima necnon tantum timere venerunt in ipso castro
constanti, et fortissimo Maniaci referentes gesta per infideles ipsorum
locorum. Admirati multum fuimus nos de Maniaco non tamen pavi:
:di facti, nec a nostro proposito bono aliqualiter moti; immo animum
quisque nostrum sumpsit fortiorem in obtinendo velle ipsum castrum
et provisionem ipsam factam nostre parti. Ideo rogavimus ipsum
Joannem, ut pro nostra et loci nostri prefata defensione nobiscum
esse vellet, et si gentes ipse ad nos venire presumerent, quod
contra ipsas intendebamus nos potenter ferire, nec facere velle
prout prefati fecerunt, et nobis aquirere infidelium famam.
eisque promisimus solvere pro rata temporis in quo nobis
servirent, eosque benigne tractare. Qui videntes nos tali animo
animo, et velle, constanter steterunt nobiscum, et reperti sunt
omnes boni, et utiles ad defensionem nostram, et que eis promisimus
fecimus, et constanter a nobis recesserunt, videntes nihil contra nos
posse operari de mane die sabbati vigesima prima mensis septembris,
cum omni eorum potentia venerunt ante terram Spegnembergii, et ut
dicebant ipsi Dni de Spegnembergo Castri se illico dare parati
erant, sed unus habuit dicere. Non potuerunt Maniacum recu:
:pere, quia potenter se defenderunt. Nos semper eramus
reverendati nos tam cito reddere, ex isto verbo se abstinuerant et

ante terram

ante Terram Spegnembergh: steterunt diebus undecim habentes ad

Combardiis, qui de Spegnembergo multoties se jactitare voluerant

de Dnus Venceslaus miles, qui dubitabat venire ad manus Dni Pa=

duae, quia eum non amabat multum operatus est, ut se sui consortes,

et Utini non redderent, et nisi forent socij Forenses missi per

Utinenses, et rectorem Veretoru, se sine dubio dedissent parti adver=

sae. Interim vero apparuit gratia Dni nostri Jesu Christi, et

ejus gloriosissimae Matris Virginis Mariae, sub cujus alis ista

sancta Aquilej Ecclesia defensatur. Quidam enim homine

Anderlinus Jortus, qui admodum sotietatis steterat steterat

ad damna ipsius Stae Aquilej Ecclesiae missus per ipsum Dnum

Paduae per villas stratae Altae sub Utino eundo, ne ipsi

Utinenses cum suis gentibus se movere auderent in succursu

suae partis contra alias gentes, quae erant ante Spegnembergum;

cum quo Anderlino erant civitatenses Austriacales, in qua sotietate

erant ultra mille equites, et pedites multi; et fuerunt in Aquilea,

ibi robantes Ecclesiae sanctissimas figuras, et Cruces, apparuerunt

ex hoc multa miracula; Nam quidam de Fulmino ferens re=

liquias ibi receptas, tota nocte equitavit putans ivisse Domum,

quia viam bene cognoscebat, reperijt se esse ante portas Aquilejae

et sic

supra l: 9 vidimus Spegnembergum a gentibus Dni Paduae iam in millesimo trecentesimo octogesimo quinto captum fuisse, quomodo ergo nunc a gentibus iterum obsidetur? Forte a . [illegible] Utinensium fuerat recepta.

receptus. Quod tamen a nostro historico non memoratur, aut in lamiis nostris exemplarium perditum est.

Et sic reversus ad altare ibi eas reposuit. Item apparuit quod quaedam Figura Virginis Mariae, super qua derobata fuerant ornamenta eius, se inclinavit cum capite, et sic hodie stat, ubi cum elevato capite stabat. Apparuit etiam, quod unus conestabilis qui Coronam unam in dicta Ecclesia Aquilegiae receperat argenteam, quam ex eius superbia in Valvasono habitans super humeros ferebat, quod valde captus illa infirmitate mortuus est. Item apparuit quod quidam Italicus, qui similiter Coronam unam argenteam in Ecclesia praefata receperat, ipsamque perdiderat et emerat equos, et se ipsum induerat cum argento, vermes eos omnes equos, qui erant septem invasit, et ipse post pusillum tempus mala morte clausus est. Et publica vox et fama erat, quod Paduae, Tarvisij et in aliis civitatibus multi, qui fuerunt ad desolationem ipsius Ecclesiae morte subitanea moriebantur, aut valde aut in divitijs paupertate … bantur: et sic vox erat aperta, quod ex peccato in ista Ecclesia comisso ista discrimina eis occurrebant, et pro ipso peccato Dnus Paduae expulsus est de omni sua potentia, ut inferius describetur.

Item cum praedictus Anderlinus venisset de ripa Utini, non dubitans gentes Utinenses. . . . . Et super aqua nominata la Tor posuisset suas gentes in Villis, prope quas illi de Utino habentes eorum exploratores, senserunt ipsas nullam custodiam habere de potentia Utinensium, quia tempus erat multum

pluviale,

pluviale, et aquę magnę, et quia erant prope Castrum Savorgnani quod ipsi de Padua habebant in eorum potentia, et custodias, in quo erant multi pedites, et bellicosi homines multum offendentes Utinenses, et alios circumstantes: ideoque gentes illius Andreini in minori securitate stabant in ipsis Villis: hinc Utinenses habentes in Capitaneum suarum gentium quendam Nobilem Comitem Teutonicum, nomine Dnum Conradum de............ hominem antiquum, in armis multum sagacem, atque expertum qui intelecto de inordinatis modis tenentis per ipsas gentes modum dedit, et ordinem eis dandi conflictum equis, et equabus portas exiverint, ipsosque inimicos rapientes in domibus eos invaserunt, et taliter die 12da Octobris in suprascripto millesimo eos debellaverunt, et vix ipse Andreinus cum aliquibus suis gentibus Savorgnanum fugam rapuit transiens aquam nominatam la Tor, et sic ipsę gentes iniquę per partem Utinensium fuerunt conflictę ex peccato ut dictum est comisso contra Aquilejensem Ecclesiam. In quo conflicto mortui sunt et capti ultra quingentę personę; et Utinenses qui multum in minori numero erant redeuntes ad Civitatem Utini cum ingenti gaudio, et copiosis Divitiis, equis armis, arnesiis, et carevaziis, victoria, et triumphum letabundum porrexerunt. Et ex ipsis gentibus in transitu ipsius aquę, quę magna erat, nec respicientes propter impetum insultus, et nimium timorem in ipsa aqua, submersi sunt.

Cognito autem isto novo, gentes, quę erant ante Spegnimbergum ob nimiam

ob nimium timorem inducti, de mare velichis omnibus eorum domicilijs in magna quantitate factis, et lapidibus bombardarum fractis fugam rapuerunt, et in Campo panem Vinum, et alia victualia permiserunt eundes rectas Sacilum; et nisi fuisset conflictus prefata data ipsis gentibus, ipsi de Spegnembergo in Castrum firmiter se dedissent.

Prefatus autem Andreutius erat cum suis gentibus, que ei remanserant cumque clandestine Tulmentum transijsset venit per sub Valuasono, et hospitatus est in Casaro, et venit cum alijs gentibus rectas montes ad manum Dnorum de Spegnembergo, super Villa Segualti, et Colomberij, easque que remanserant combussit. Et inde venit ante Castrum Maniaci, et in Platea velichis equis descendentes cum pluribus ballistrerijs, et archerijs venerunt currentes usque ad Burium olim Antonij a Porta; contra quos glomerosa, et laudabilis comitiva Nobilium Maniaci videlicet dnus Bartolomeus Palearius filius Dni Baldasarij, et Odoricus qm. Dni Nicholai relicto Dno Guchiro prudenti et sagaci ad custodiam Castri prefati cum aliquibus ei deputatis ad invasionem prefatorum inimicorum hostiliter, et sagaciter, et potenter se extendentes, cum honorabili Comitiva nostrorum fidelium Vicinorum ipsos inimicos, qui iam venisse presenserant ad portam mari Tegetum filiorum olim prefati Dni Nicholai super rivum, taliter cum gravi clamore, et bellicoso

insultu

insultum inuaserunt, quod ipsi inimici, qui cum ad portas ipsius Castri, se uenisse putabant, velictis eorum falsis cogitationibus coacti, et non voluntarie terga dederunt nostris, se usque ad Brinam properando reducentes; ibique fuit conflictus inter partes ipsas grauis, modo una pars extendens se contra aliam, et altera praeualens aliam; finaliter nostri cum feruenti animo balisterijs nostris, arcubus, marzafrustis, frandeculis, et lapidibus ipsos taliter infestarunt, quod ab inde recedere sunt coacti, eosque durerunt potenter usque ad medium burgum, et ultra. Qui uidentes nostram potentiam praeualere cum eorum sagittarijs equos ascendentes uiriliter recesserunt a nostris. Post haec uero gentes Dñi Paduae positae in locis suis, videlicet in Saulo, Caniza, Auiano, Turri, Meduno, et Barbi montis regalis pedites, et equites nos de Mariaco saepissime insultabant, ac in Valuasono in Porta pario in S. Vito .... contra locum Cordonati, in quo Rodulphus potenter, et bellicose multa fecit contra inimicos nostrae partis cum sua comitiua. ante quem locum ultra quinques uicibus inimicos cum bombardis, et omnibus nociuis instrumentis insultauit intrans in foueas, et spaltos ....

Reliqua desiderantur.

Informaz.^e del Sig.^r Dr Brunalleo Brunalleo di Spilimbergo

Le Scritture del Sig.^r Bilino, et altri Nodari in Spilimbergo passarono nelle mani del Sig.^r Alvise Flavio Nodaro in Udine.

Da queste passarono nelle mani del q.^m Rev.^{do} Sig.^r D. Venerio Nodaro parimente in Udine, come apper in Archivio.

L'erede di questo Rev.^{do} Sig.^r Venerio passò nell'Nob. et Ecc.^{te} Sig.^r Alvise Ottelio suo Nip.^e ex sorore.

Informatomi con diversi Sig.^{ri} Notari del Collegio di questa Città, s'ho potuto aver alcuna notizia se tali Sig.^{ri} Ottelij siano stati riposte negli Archivij di questa Città le scritture sud.^{te}

Mi ricordo bensì che l'an: 1701 nel mese di Luglio, ricercato dal q.^m Nob. Sig.^r Alvise Ottelio gli estrassi diverse carte con supplica a S. Serenità ad effetto di esser decorato del tit. di Co:, e con tal occasione il med.^{mo} mi fece vedere un armaro grande ripieno di Protocolli degli Autori di sua Casa, e di altri Notari, dicendomi, che voleva un giorno fare un inventario di dette scritture, e poi consegnarle negli Archivij principali di questa Città.

L'originale di questa carta è presso di Co: P. Abb.^e di Spilimbergo

---

Giorn: de Lett.^i d'Ital.^a Tom. 9 Art. 3.

La Storia di esso (Gio: Bilino) ancora inedita comincia così: *in nomine Patris, et Filij, et Spiritus Sancti Amen, anno a nativitate Dni nostri Jesu Christi 1341* finisce nell' ottobre del 1387 con le seguenti parole: così appunto *volente inevitabili fortuna, et spatio*. Il du Cange nel nomenclatore premesso al suo Glossario latino-barbaro registrando la Cronica dell' Bilino ma forse su la fede del Vossio.





1277
1313
II
1340
I
1348
1370
1432
1385
1447.

C

Altro Pezzo della Cronaca Atiliana cavata da una copia del Bellone, che termina la medesima: restandovi una lacuna tra questa e quella del Fontanini.

[illegible]
[illegible]
[illegible]

pag. 48. in 4.to
Ab hac pagina incipit Codex propria manu Belloni scriptus, qui extat apud Ettoreum Utinensem, Aquilejae Canonicum. Paginae priores desunt.

non solum ipse, verum et ex sua comitiva quamplures carenti vulnerati et mortui remansissent; sed sui in juvamine ipsius eorum Dni ad terram prostrati, ipsum elevaverunt; et sic ipsis existentibus in quadam domo Agnetis Sutricis, quidam juvenis Lombardus pulcher homo longus staturae putans aliqua lucrari secutus est eum. Quidam nomine Venutus juvenis et parvae staturae nimium, et sine lancea vel aliquid in manu, quia a somno excitatus dormiens, in ipso burgo cum pugnis exprimens contra istum magnum. Homo iste longus ipsum parvum cepit in suis ulnis, ipsum velit nolit portans extra domum ipsam; sed videns se sic portari, et carens omni potentia et defensione, se erexit contra Lombardum, et illico ore aperto ipsum cum dentibus acutissimis per nasum capiens potenter ipsum laniando et stringendo taliter ipsum duxit et induxit, quod extensis manibus ipsum illopum a se libenter alio abire permisisset; sed ipse priusquam ab eodem relaxaretur totus in Cerabulis ex gravi dolore deterpatus, quod ita loquar deterius, permerdatus est, et se reddidit eidem. Qui Venutus postmodum per ora vicinorum vocatus Tacin can. Illum Longobardum secum carceratum ducens permerdatum in castro, taliter quod omnibus magnus foetor erat talis qualis unquam fuerit de tali putredine, quem penes per tres dies ob ejus verecundiam in Maniaco servavit, ut eo modo cognitus foret et truffatus cum naso toto lacerato, et preteritis ipsis tribus diebus, tunc receptis sibi armis non libenter, quia taleam ab eo nolens, sed per multos rogatus, eum abire permisit, quia pro talea passus fuit dedecus et damnum. De cujus captivitate ipsis de Tanna suisque gentibus satis fuit dolor et tristitia in illa hora in qua ignem imposuerunt in burgo praedicto, videntibus nostris XL.a sociis, qui stabant in custodia curruum, ignem positum in dicto burgo fore accensum, tristitia maxima commoti, eo quia non aderant considerantes solummodo insultum fore datum,

illico velocissime venientes versus castrum ipsum; quum fuerunt in Magredo Colvere sub Centa Ecclesiae Beati Mauri patroni Mariaci, senserunt gentes ipsas euntes Fanam; et venientes superius prope strattam Campi obviaverunt certis portantibus unum puerum aetatis annorum V. Dixerunt, qui estis? et illi quoque: qui estis vos, quis vivat, D. Pad. Et nostri dixerunt, vivat felix lega Utinensium et moriatur currus: et sic nostri invaserunt eos, et illi pauci erant; tamen puerum filium Andreae Merlave, qui propens istis erat, et conductorem pueri cum tribus aliis ceperunt, eosque quatuor captivos habuerunt, et in his verbis nostris audientes rumorem in Villa, dubitaverunt ulterius contra istos procedere, putantes, nos erimus conflicti, si majorem discessionem incipimus contra istos, quia major pars gentium est in villa; et nisi hoc fuisset, multos ex ipsis de Fana lesisset, et sic ipsi de Fana viriliter et cum tristitia recesserunt a nobis. Nostri vero venientes in villa invenerunt Petrum Pilonum contestabilem Sociorum XXV in Basthia bastita positum contra nos de Mariaco ad nostram lesionem; hominem fortem, intimidum, et audacem, qui cum suis gentibus villicis stantibus in ipsa bastita et aliis contra nos ab alio latere versus occidentem insultum dederat; et nostri cum ipsis mixti erant, et supervenientibus nostris, quia foras extiterant, potenter contra istos de bastita bellum acerrimum inceptum est. Tamen ipsi de bastita dare terga nostris coacti sunt, et praecertim tam ex vulnere gravi facto uni Contestabili ex suis et ex aliis pluribus de suis laesi sunt, aliqui cum telis, aliqui cum lapidibus. Qui sicut fecerant illae gentes de Fana, verecundanter a nobis recesserunt: ex nostris vero nullus gratia Domini lesus est. Ipsi vero cum fuerunt in eorum bastita, post pusillum ipse probus eorum socius mortis transitum consummavit, et ex ipsis multi reperti sunt vulnerati; et saepissime nostri euntes ad Bastitam contra ipsas gentes quae ibi stabant, saepissime per nostros ledebantur, et ex ipsis

capti ducebantur in Maniaco, et de ipsis animalibus multa dicebantur in Maniaco. Sed redeundo ad primum, illico in recessu Dni Nicolai, et ejus gentium de Fana certi ex nostris sociis in suo recessu de Maniaco se in duabus partibus dividentes invenere in

Rinedi Villa Rinedi; et subito ipsam cremaverunt in ea hora, in qua D. Nicolaus arma exuebat, et statim altera pars similiter villam Urnesii invadentes, et talem lucem ipsi fecerunt taliter quod ad deponenda ejs arma ipse cum tota familia visum habere potuit satis lucidum et splendidum. Quod videns D. Nicolaus fremuit, inter se dicens: Illi de Maniaco non multum supersedebunt in faciendo eorum vindictam de offensa eis facta; et non solum ipse, sed et omnes rustici ejus pavidi facti sunt. Et videntibus nostris fore in guerra cum ipsis de Fana, qui nos de Maniaco pro nihilo habebant, et nos reputabant pavidos contra ipsos fore, putantes nos statim facere declinare parti ipsorum. Quilibet de nostris animum ferventem assumentes et lætabundum contra ipsos de Fana et gentes ipsorum, et ad eorum destructionem invigilantes, potenter intraverunt ipsam villam Fanæ ad visitationem iniqui consultoris Dni

pag. 49. Christophori abbatis assidue invigilantis penes ipsum Nicolaum et gentes ipsius, et qui ut nobis ostensum fuit ignem in Castagneto majori de nocte imposuerat pro læsione nostra, quia aliter non poterat nos plus offendere, ejus et caeterorum domos de Fana circa ipsam Abbãm et ultra totaliter cremaverunt sine aliquo obstaculo alicujus personæ de suis, ipsamque Abbãm taliter fumigantes, et liquore thuris non imposito nec mirrae; tamen fumus non solum ad caelum coram Deo ascendens, verum et se per terram extendens, ex ipsius odore multi laetanter sumpserunt. Altera autem die nostri prædicti modum imponentes inter seipsos ad offensionem prædictorum nostrorum inimicorum, ut decet in talibus bonos homines, vel ad castellum Micæ euntes, ibi plura animalia derobaverunt, et unam pulchram mulam Presbyteri Blasii, et certos de Fana captivaverunt, quos

secum duxerunt cum ipsis animalibus; et a Castello ipso inferius
villam integraliter cremaverunt, contra quos pavidi facti ipsi de Fana,
nullus se contra nostros se extendere ausus fuit, et sic secum nostri de Maniaco
oneraverunt de Masseritia ipsorum per canipas, quia sufficienter reperiebant
in eis, et domum lepanter venerunt. Uno altero die nostri intraverunt montes,
Aunedum sentientes ipsos de Fana cum eorum gentibus prope Aunedum, et domum
ibidem pro fagno ivisse, qui dum se nostri in nemore in arerumateo con-
tra predictos posuissent, et illi de Fana sed non omnes foeno equos et
s.as oneravissent, nostri ex nimia ardoris voluntate impetum contra predictos
facientes; et insultum nimis subitum et ante debitam horam quod ex ipsis
ceperunt XIII. cum equis. Reliqui vero ex ipsis insultum facientes ac cla-
morem suorum audientes, relictis somis et foeno et fascibus foeni, ac
aliqui relictis equis ibidem, velociter ex equis descendentes fugam
per nemora et colles capientes, tali timore inducti quod non auden-
tes ad subsidium suorum concurrere, imo nec retrospicere ausi sunt, qui
eos persequebantur; et sicut fugam arripere timore nimio induti sunt
inimici nostri versus Fanam, dicentes: omnes colles esse munitos genti-
bus infinitis, et copiosa inimicorum multitudo nos est persecuta usque
ad villam, ubi eorum multitudo major erat, quam nostrarum eos invaden-
tium; et ut dicebatur, si ex nostris XX cum clamore de supra villam
Fanae ivissent, vix aliquis extra ipsam villam qui non fuissent inclusi
in fortilicio, non cepissent fugam, in tanto timore fuerunt induti; et
sic nostri domum suam lepanter cum triumpho felici et victoria re-
versi sunt, ducentes secum captivos vicinos de Fana et equos a
quibus taleam bonam habuerunt. Post haec vero in brevi tempore
ipse D. Nicolaus suorum vicinorum ultionem anhelans facere,
fulcimentum magnum fecit et apparatum peditum et equitum, et
venit in burgo Maniaci usque ad domum Bartholomaei barbitonsoris,
contra quem nostri audaces socii et vicini animose et cum gravi im-
petu ipsos invadentes, balisterii sagittantes cum arcubus sagittas poten-
ter, et lapides ejicientes, ipsos terga dare coacti sunt, et tanta erat
eorum multitudo quod D. Nicolaus, qui primus erat ad insultum,

passi destructionem. Sed inimici tamen nobis de animalibus pauca receperunt ac de viciniis similiter per inimicos multum fuissemus insultati; et saepe, paucas tamen taleas a nostris habuerunt. Sed nos destruximus circa XII. villas, et a multis hominibus et personis taleas Nos de Maniaco saepissime habuimus. Et in ipsa guerra per nostros bonos Dños et vicinos fideles, et voluntati eorum Dominorum semper constantes, et numquam discrepantes, Dñi Gusinus et Odoricus fratres multum se in dicta guerra exercuerunt, familiares bonos retinentes, magnasque expensas passi sunt, et a suis viciniis multi amati, et dilecti, et honorati, et ipsi multum honorabant populum. D. Bt.s bellicose se habuit in ipsa guerra post sui adventum de Comitatu Tyrolis, se multum exercens in armis, et hortans socios, ac inducens ipsos ad nocumenta inimicorum, et de persona valens, fortis et audax, non magnae staturae, homo dilectus per socios fortissime. D. Gabanus filius D. Baldassaris juvenis longae staturae aetatis decem et octo annorum voluntarie se ostendens contra inimicos, tamen non permissus foras per suos praedictos consanguineos exire, hortando juvenes ad pugnam contra inimicos.

\+ Olvradinus q. ℞ Bthei usque ad bivium exiens, vel saepissime ac portam stans habuit filium ejus Brandelisius nomine, qui libenter contra inimicos cum balestra sua se viriliter extendebat, multum fuit ipse Olvradinus ad partem Butinonum provisus.

\+ Girardus frater Olvradini portans arcum unum continue cum una Corgera mulbum vexabat angonia usque ad plateam vel ultra, earum inimicorum vestigia consequens fidus homo. pag.+ 52.

Victor q. D. Orsualdi ferens balestram bonam, eamque bene sciens exercere, ferocissime et saepissime inimicos laedens, pulcher juvenis annorum XXIIII. amatus per populum.

\+ Jutt.us q. ℞ Nicolai, habens provisionem a Dño Paduae, numquam praesumpsit arma induere contra inimicos Dñi quia gentes Dñi Paduae, stantes in Lauraya venerunt combustum Villam Maniaci. Ipse, nec Gabanus ejus frater cum eorum viciniis contra inimicos nullam fecerunt defensionem; et odio erant toti populo, quia animum eorum declinabant

+ ad Dnum Paduç. Ivere congregatis omnibus vicinis bonis una nocte in unum
coram D. Guçino, quia ℞ Bilheus erat tunc temporis super Comitatu Tyrolis,
et D. Galvanus cum patre in Urno: Habuerunt dicti vicini dicere: nos senti-
mus de veritate, et nobis relatum est, quod istae gentes Dni Paduç stantes in
Tenuraya tractatum habent cum Tutto, quia eis promisit dare istud castrum
unde nos debemus taliter de eo providere, quod habeamus pacem ab eo, et
non stemus in tali custodia, quia inter nos oẽs alios sumus unanimes: et haec
verba erant de nocte super palatio Dni Guçini et fratrum, et nos decem
socios habebamus extra portas castri omni nocte pro tutiori custodia, et quod
irent circa castrum, et loquentibus contra Tuttum in iis verbis unus de
decem custodibus de foris supervenit festinanter dicens: Domine et vicini
+ vidimus de praesenti in campo D. Paduç signa facta elevando et declinan-
do, et vidimus in domo Tutti eis [illegible] ad ejus fenestram versus rivum
fontis. Ita ℞ dubitamus, quae signa sint ista, et nobis monstramus. Tunc vi-
cini una voce dixerunt, eamus ad domum ipsorum, et ipsos tanquam pro-
ditores incidamus; et nos stemus in his verbis. Et ipsis euntibus, ego Joannes
+ sic Aylini ob honorem filiorum dim Dni mei praedicti Dni Nebili habui
dicere: O Vicini consulo, quod tali modo non procedatur, ne discordia in-
ter nos oriri videatur, quia habemus aemulos vicinos. sed ponatur per-
+ Poyson sona cum decem bonis personis super turri portae, et nos omnes stemus
in bona custodia in muris, et simus constantes ad nostram defensionem,
ne ad manus inimicorum perveniamus: et ordo detur inter nos de prae-
senti, ut si de mane inimici contra nos veniant, quod sint deputati
aliqui, qui illico vadant ad istos proditores, ipsosque capiant, et capti-
vos retineant penes se. Gratia Domini sumus bene sufficientes ad
defensionem hujus loci. Tunc inquiremus ab istis cum tortura, et
talia poterimus ab eis habere, propter quae cum sententia punientur
et corrigentur: et isto modo nullus contra nos poterit dicere, quod
male et voluntarie fecerimus; et sic omnes contenti de verbo per me
allocuto, quieverunt ab eorum voluntate, et ordo dictus de praesenti
positus fuit, et sic de mane ipsae gentes non venerunt, et de
suspicationibus ipsorum fratrum multa possent scribi de veritate,

non valens acies suorum pertransire sicut libenter conabantur facere, tunc nostri ad tergum ipsius IIII.or erant ipsum pungentes, et ab equo eum vivum ejicere satagentes cum eorum lanceis longis, et jam caput ipsius equi collum tangebat. Interim unus ex suis sub lanceis praedictis, et post ipsius cum equo ad terram cecidit, propterquod ipsi quatuor, relicto ipso D. Nicolao cum lanceis, quisque ipsorum equum ipsum cupiens capere, et ceperunt. Itaque percussus fuit honestus et fortis vir Guidottus de Fontanellis cum toclo uno, et mortuus fuit; et ex aliis multi devastati, et percussi, et equi interfecti et percussi multi fuerunt; itaquod tota via erat madida sanguine multo et vero nullus de nostris damnum aliquod passus est. Ipso die de ipsis in Valvasono, et alibi multi vulnerati sunt. Et illo die Candussius q. Federici tesii sua lancea de manu foris jactavit ipsis D. Nicolao, et quod eum non punxit; quia si tetigisset, procul dubio morti subiissat. Et illo die bene vidit, et cognovit ipse D. Nicolaus suam et suorum potentiam contra nos de Maniaco nihil praevalere. Ipsoque tumultu sic facto dictae gentes inimicorum se in Utino congregaverunt ad bivium calcinae prope
Aulianis
fabricam, et steterunt per spatium magnum, et nostri in burgo eos putantes redire praestolabantur, et laetabantur de reditu ipsorum, cognoscentes eos factos fore timidos; putantes ex ipsis et equis, equorum partem habuisse bonam, et sic dictae gentes facto eorum consilio recesserunt verecundose et sine lucro. Altero autem die dum ipsi de Fana cum scorta, seu in custodia ipsorum multi pedites fanae stantes circa Albam et Ajuum qui est ibi ultra, ex nostris cucurrerunt forte in equis X. contra ipsos, qui in numero ultra quam LX. erant inter stipendarios et operarios vites putantes; nostri vero pedites ipsos sequebantur nostros equites. Ipsi vero de Fana audito nostrorum equitum cursorum adventu, ex nimio timore inducti, qui in arboribus erant, se ex ipsis eruare permittentes, saltantes paladas, foveas et clusas, non dubitantes in spinis cadere, nec se pungere. Stipendiarii nostros non offendentes, nec arma sua ceperunt in manibus; tam cito fuerunt nostri contra eos et dicebant nostris, sumus stipendiarii, currite contra illos rusticos, a quibus taleam habebitis; eosque eis ostendendo cum digitis; et

pag. 50.

sic pedites nostri supervenientes, ex ipsis de Fanna quamplures ceperunt, et euntes per canizzas sine obstaculo alicujus, se onerantes rebus et masseritiis, et secum vasa, arcas, et brentas ducentes Maniacum cum captivis laetanter venerunt. Et ipsi de Fanna tam pavidi facti sunt contra nostros quod unus nomine Guilla de Cadubrio, qui omni die, et si non omni die, saepe tamen ducens quandoque puerum unum aetatis annorum XIIII vel XV. ibat ad Albam, vel in turri, et trahendo per terram ante se usque Maniacum, modo vasa, modo brentas ducebat; et multotiens solus tantum tamen ibat, et ducebat secum vasa duo saepe trahens per grados modo unum, postmodum redibat pro altero, et per istum modum pro sol. 24. vel XXVIII. dabat vas unum capax, urnas V. vel VI. vel unam magnam brentam pro sol. 32. et isto modo multos replevit de brentis et vasibus, et multa vasa et brentas secum dux. Quod videntibus ipsis de Fanna, qui in collibus stabant, ex ipsis nullus contra eum venire ausus est. Et vere quae, et quanta nostri De Maniaco contra ipsos fecerunt, et in eorum fortiliciis et super montibus ipsorum, ipsos captivando, animalia recipiendo, omnia posse rescribere; qui non vidisset, credere non posset, et longum quidem esset omnia posse rescribere. Et de iis quae eis per nos de Maniaco fiebant, hoies Meduni fortissime laetabantur, quia cum contra ipsos de Meduno procedebamus, dicti de Fanna de ipsis multum truffabantur, dicentes: si isti de Maniaco nobiscum guerram facerent, aliter contra ipsos procederent. Itaque ipsi de Meduno multum laeti erant de nostro triumpho contra praedictos de Fanna. Uno autem die ipse D. Nicolaus suos pedites nº centum misit Maniacum versus Colveram, ut nostri nº XX. et minus qui fuerant ad Molendinum Nicolussii contra DIII, in custodia suorum vicinorum, qui masinabant auditis custodibus turris et portae castri et campanae sonantis, audaci animo contra istos venientes; et fuerunt audacter ad manus, unus contra alium in stretta post domum Pauli q. Rainardi. Ubi nostri viriliter irruentes contra illos, eosque acerrime ducentes, Maroldum ceperunt q. Fornerii de Fanna. Ipsos de Fanna terga ipsis dare mirabiliter coegerunt, et eos retrocedere fecerunt, et putantibus nostris victoriam ipsos

posse contra ipsos de Fanna obtinere; tunc ipse D. Nicolaus superve-
nians cum LX. equis in spatulis nostrorum, isti nostri se reducentes in
lenta mei Joannis not. Anglini post domum filiorum olim Petri agathe,
NB ibi quidam nomine Jangilus de Bavaria familiaris Dnorum Gucini et
fratrum, honestum juvenem XXIIII. annorum statura parva bellicus ju-
venis et qui multa fecerat contra adversarios nostros, partem suam mira-
biliter exercendo, fuit per quemdam Ungarum captus, quem cum vidit
D. Nicolaus, ipsum violenter ei recepit de manibus suis, eumque
fecit exuere diploydem, panzeriam, et quaslibet alia arma, ipsumque
dedit in manibus virorum servitorum Joannis q. Galani, Petri filii for-
nerii, et magni q. Hendriguccii de Fanna, ipsumque sub camisia exuta
sic nequiter a suis jussit ibidem interfici: et sic per ipsos factum fuit. Et
quidam Bthenus nomine juvenis annorum XX ipso die per suos fuit inter-
factus; et hoc factum est eis sine honore, quia et istum sar.^m noluerunt re-
cipere, cum se ipsis reddidit; et putans sibi et suis famam debere de
verecundiis habitis per nos de Maniaco, ideo interfecti fuerunt, sed [et de] suis per
nostros mortuus fuit Mazola; et si nostri voluissent de suis tam [vilibus] viriliter
interfecisse, saepius facere poterant. Nostri ascenderunt uno in eorum colle
de regula, ibi boves plures conduxerunt Maniacum de Trammenis. Nostri
intraverunt in eorum montibus et villis, et ex ipsis carceratos duxerunt.
Adveniente vero tempore messis Dni de Spegimbergo oes eorum segetes
recollegerunt, et nos a parte nostra. Itaque nequitia ipsorum per nos de
Maniaco, et per partem nostram valde fuit correcta; et quamquam
duobus annis pacifice et quiete steterint; tamen postquam guerram
habere voluit cum parte nostra, non minus damnum passus est, quam
q ad principium guerrae intraverunt, et ubi fuerat reputatus sapiens,
pag. 51. sic postmodum fuit reputatus insipiens, eoquia non sapienter stetit
quietus de bastita Montis-regalis. Multa possent dici, quae inter ipsos
et nos occurrerunt. Tn multoties eos nostri juvenes Dni, vid. Bth.^s
Galvanus, Gucinus, Od.^s fratres, et Victor q. D. Osualdi cum amicis suo-
rum fidelium vicinorum contra ipsos in dicta Bastita existentes, et ad
derobationes eorum animalium, captiones hoim, et alia ut in guerris fit

ut fieri solet; et finaliter voluntarie dicti villici se dederunt in manibus dicti D. Gucini, quod si non fecissent, eumque in eorum auxilium non elegissent, ordo datus erat reijcere ipsis oia eorum Blada, et cum gentes partis nostrae venissent super campis cum+ recipiendi eis Blada eorum, illo die praedenti dicti villici se dicto D. Gucino reddiderunt, et in eorum Dnum, et Capm elegerunt, propterquod ipse exivit de Bastita predicta, et ivit ad Capm gentium partis nostrae, rogans ut ipsos non deberent damnificare quia fortilicium in se habebat, et ei sacramentum fecerunt oes fideles partis nostrae: et ipsi eidem et iis dictis dictae gentes nostrae partis inde recedentes nullum damnum eis fecerunt.

+ sic forte animo

H Item in anno 1386 castrum Maniaci die sic mens. sic combustum est per uxorem Morassii de Roga, quia totus populus Maniaci, et Mariaci L+icuri erant in eo inclusi propter guerram. Itaquod ipsa die praedicta faciens torsas et Calsonos suis compatribus, ut iniquus modus est in contrata, qz non obstante quod sibi fuit inhibitum et mandatum, ne ignem ibi facere deberet super suo Stare sub tecto: habensque fascem foeni unum ignis intrans in foeno in tecto domus, non posuit se ad extinguendum faum accensum, sed subito ad fugam: et sic in momento totum castrum accensum est, et in parva hora combustum. Et mulier ipsa cum Viro fugam ceperunt in fanna: ibique stant, nec postmodum ausi fuerunt venisse in Maniaco ex gravi perditione nostra, et bonorum hoium et personarum combustae sunt VIIII. Canipae cum Somasis, et super Somasis hoies non habentes canippas in castro posuerunt eorum arcas, Blada in eis, carnes, pannos, massaricias: et certi prope murum castri fecerunt canippas, in quibus habitabant, eorum bona in eis retinentes, quae oia combusta sunt; et nisi fuisset ignis de guerra, quae duravit annis quatuor, vel nos de Maniaco penitus nihil curabamus; eramus bene fulciti victualibus annis V. pro defensione loci, propterea potenter servavimus nostram promissionem et fidem datam parti nostrae usque in fine, quod citra Tulmentum nullus fuit, nec tanta discrimina toleravit, preterquam locus Cordovati. Et post combustionem loci supervenit pestis inter animalia, quae moriebantur, taliter quod si unus decem habuisset vix una ei remanebat: et iis duabus de causis fuimus

quas taceo in Scriptura mea, quia sufficit quod predixi, quod numquam contra inimicos se cum eorum viciniis exposuerunt ad defencionem nostram nisi semel ipse Tuttus ad equum ascendit die qua Nicolaus Caval et quidam alter fecerunt per nos capti per nostros, et nisi fuisset Candusius q. Pederici, ipse Tuttus fuisset ipso die per inimicos captus. Ascendit equum die illa in qua Bts q. Leonardi fuit captus, et hoc quia clare in ejus vultu saepius dicebatur, quod parte Dni Paduae contra suos vicinos maligne tenebat, et multa mala verba ei saepius objicabantur, quibus contrarium dicere non est ausus. Et inter vicinos de viciniis ad villam stantibus magna et perfecta constantia dilectionis et fidelitatis regnavit. Ita quod de nullo dici potuit oppositum. Ego enim Joannes Aylini nolo dicta, gesta, et operata per me in guerra scribere, quia facerem contra mandatum Sapientissimi Catonis dicentis: nec te collaudes, nec te culpaveris ipse. Tamen aliqua et minima tangam, quia per nobiles et vicinos fui deputatus provisor cum meis affinibus [illegible] CL. Feci fieri super portam inferiorem defencionem bonam, quia nulla ibi erat super olivariis, aliam prope domum Oliuradini, unam inter Ecclesiam S. Jacobi et domum quae est ibi prope pro balistamento, unum mantellum ubi de collegiisto nostri in castro balistarent. Portas inferiores castri novas fieri feci. In Sacillo serram magnam fieri feci, sub olivariis duas offensibiles postas inimicis super porta [illegible], super rivo et alibi spinatas, et die noctuque vigilando pro sustentatione nostra litteras infinitas scribendo, cum [illegible] cum arcu vel ballista in villa tamen cum viciniis meis eundo, arma mea, scuta, panesios concedendo non habentibus, vicinos contra inimicos ad eorum nocumentum inducendo, et Antonius nepos meus cum sua [illegible] iuveni aetatis XIIII annorum in principio guerrae voluntarie se exercendo ultra suum debitum, et contra meum velle propter ipsius iuventutem, voluntarie contra inimicos se cum viciniis miscendo.

affinibus

pag. 515

1388. ~~Anno~~ In 1388 die XXVII [illegible] R[illegible] in X° Patr et Dni [illegible]

C (2)

Copia d'alcuni avvenimenti seguiti nella Patria del Friuli sotto il Patriarcato di Giovanni di Moravia Patriarca d'Aquileia, raccolti da Giovanni d'Albino di Maniaco Nod.o, che visse à quel tempo, et indi dalle note dello stesso trascritti da Antonio Bellone Nod.o Collegiato di questa Città di Udene, ut infra

In Millesimo trecentesimo octuagesimo octavo, die vigesima septima Novembris Reverendissimus in Christo Pater, et D.nus D.nus Joañes Marchio Moraviæ electus fuit, et provocatus in Pat.ham Sanctæ Aquileien. Eccl.æ, de cuius provocatione pars Utini libentissimè audivit, et ex lætitia magna facti sunt per eos, et parte ipsorum magni pagnardi in Civitate die, noctuq., inter omnes Cives cum igne cum Astiludio, magnum gaudium putantes fore exempti de tanto dolore, et tristitia habita, et habitura; quia in hyeme D.nus Paduæ multum se fulciebat volens recuperare partem, quam non poterat vicisse, et infinitos Lapides Bombardarum fieri fecerat, et conduci in Buiaro in magno numero de diversis maneriebus Vid.t de grossis, et parvis, qui hodie ibi sunt

Utinenses vero sæpissime Nuncios, et Ambasciatores ipsorum sæpius, et sæpissimè ad ipsum D.num Pat.ham miserunt, ut celeriter ad eius Pat.hatum venire deberet in eorum, et totius Patriæ succursum, dubitantes D.num Paduæ venire in fatura estate contra Patriam, quæ totaliter erat depauperata, et pro Nuncijs sæpius missis dicti Utinenses expenderunt ultra mille ducatos, quia de melioribus eorum Civibus miserunt, quibus mandatum fecerunt, ut nullo modo redirent sine D.no Pat.ha, qui ibi moram traxerunt ultra quatuor

menses ipsius aduentum expectando, et sic finaliter ipse Dnus noster Dnus Patha per totam illam estatem non uenit.

Interim uero succurente Gloriosissima Virgine Maria Domina, et Aduocata omnium in ea sperantium, sub cuius alis ista Sancta Aquilegen. Ecclesia defensatur, qd Mag.cus et Ex.mus Dnus Dnus Comes Virtutum, qui confederatus extiterat cum Dno Francisco de Carraria, sentiens ipse Dnus Comes ipsum Dnum Padue iniquos tractatus, et prauam eius uoluntatem, contra eum tractari per eumdem, eidem Dno Francisco suas Literas diffidationis misit, et scripsit in hac forma, quarum tenor talis est.

Fallimini Mag.ce Vir, si que in depressionem nostri Status non in Italia solum, sed in Germania, et Gallia pluribus iam mensibus, non uno tantum, sed pluribus diuersis, callidis, et exquisitis modis accuratissime procurastis, nec minus si que in lesionem nostri honoris protulistis imprudenter conuicia ad nostram non creditis notitiam peruenisse. Sensimus quidem, et si nõ omnia de pluribus tamen horrenda, et execranda nimis, que nisi manu palpassemus, necdum per Vos fieri, uel proferri debere, uerum nec excogitari debuisse minime putassemus, cum talia sine qualia hostis in hostem non nisi insupportabilis lacessitus iniurijs moliri, seu meditari deberet. Nos autem quales iniurias, uel offensas Vobis intulerimus ingnoramus, nisi quod labentem corruentemque in precipitium statum uestrum tempore illo, quo cum Dno Antonio de la Scala concurrebatis acerimo bello, dum prorsus omni spe alia destitutus, ruinam uestram apertis oculis cernebatis, seruasse, protexisse, et

imultiplisui

multiplici fauore querre dicimus sublenasse, uestras offensas, et iniurias uendicando. Satis mag.ce Vir nec nos ignoramus quot quot, et qualia inter Nos, et Vos agitata fuerint ipsis temporibus retroactis, que sub tam breuiloquio constringi nō possent, cum prolixa scriptura, q̄d non res agitat reddere, in hoc reseruatis reliquis suo Loco, et tempore concludendi in breuitate duximus, q̄d tutius arbitramur, apertum, et publicum, quam simulatū, et insidiosum sub amici nomine hostem habere, et patentem guerram preferre paci ficte, et simulate, nec aliud quam dolos, fraudes, uim, et insidias pariture.

Proinde bellum Vobis ipsa die 30 huius mensis Ianij per presentes indicimus sperantes in Deo, et concurrente ad hoc Illustri Ducali Dominio Venetiarum, cum quibus nuper confederati sumus, contra insperatā, et indebitā ingratitudinem uestram iustitie fauorem, nostrorū fauebit, et clamantiū ad celum oppressorum Subditorum uestrorum, quibus nō compati certe non possumus, uoces exaudiet. Datum &

Verum est tamen q̄d prescripta litera diffidationis scripta fuit in, 1388. et ante presentationem ipsius idem Dn̄us Comes Virtutū Dn̄us Mediolani confederatus erat cum Ducali Dominio Venetiarum, qui Veneti iam ad principium nostre querre confederati erant cum Utinensibus, et eorū Colligatis, et Nos de Maniaco cum ipsis, et ante quam Confederationem fecerunt cum ipso Dn̄o Comite Virtutum, fecerunt cum certis pactis pro Utinen, et eorum Colligatis, sicut inferius in tenore literarū ipsarū Utinen, missarū inferius describitur in fine.

Post ipsius vero diffidationis terminum ipse D̃nus Comes Virtutum suas Gentes misit contra ipsius D̃ni Paduę potentiam. Tunc dimiso D̃no Francisco Novello eius filio in Civitate Paduę, idem D. D. Franciscus senior ivit in Tervisio, ibique moram ducens, et subveniente Virgine Maria, D̃no Comiti prędicto, qui bonũ animum habebat Ecclię Aquileien. et habuit, quę per potentiam ipsius D̃ni Paduę fuerat destructa, derobata, et dispoliata; et monumenta Dominorũ Patharum pręteritorum Pastorum ipsius benedictę Ecclię, suffragio ipsius D̃nę nostrę gratiosissimę, quę non relinquit sperantes in ea miraculum ob . . . . . ipsius D̃ni Paduę in brevi sermone concludens: Paduã cum suis Terris, Castris, Oppidis, Fortalitijs, Villis, et Jurisdictionibus perdidit, ac etiam Tervisium similiter cum suis Castris, et Fortalitijs perdidit de mense 8bris die . . Ibi post . . . .

Et nota quod ipse D̃nus Franciscus recepta ei . Civitate Tervisij per Cives Terrę stipendiarij se cum ipso D̃no introduxerunt in Castro, quod est in Civitate Tervisij, et Cives fecerunt nomine Ducalis Dominij; ipse vero in contemptum Venetorum dedit ipsum Castrum cum omnibus alijs Castris, et Fortalitijs D̃no Comiti, et posuit se gratię D̃ni Comitis, et eo modo eius filius D̃nus Franciscus Novellus se reddidit gratię D̃ni Comitis, quos duci fecit in sua Civitate, quę nominatur Comum pulchra Civitas de super Mediolanum, quos in eadem Civitate captivatos retinuit, et de suis carceribus exivit ipse D̃nus Franciscus Novellus, qui postmodum Paduã recepit in, 1390, in fine Junij.

Sed

Sed redeundo ad Dnum nostrum Revmum D. Joanem Patham predictum, misit in Patria Fori Julij de mense Maij quemdam suum militem Magnificum virum, magnum hominem stature in etate bene annorum, 60, in suum Mareschalcum, et applicuit in Glemonam, et noluit intrare Utinum nec aliam Terram Prie, ibique moram trahens habitavit usque ad dicti Dni Pathe adventum. Cui Dno Mareschalcio nomine Dnus Nicolaus de Buch Bohemus nomine ipsius Domini Pathe, ipse Dnus Padue dari fecit omnia Fortilitia, que recuperaverat in Foro Julij, et in se habebat, in quibus suos posuit, suos Capitaneos, et Officiales; et in Savorgnanum intravit Franciscus Naninguerre de Civitate Austria, dicens illum Locum suum esse, et fuisse suorum antecessorum

Dnus Patha male informatus contra Utinenses, et specialiter contra Dnum Fredericum militem de Savorgnano partem Civitatensium cepit. Finaliter venit in Utino, et ostendit se velle Consilium Utini transmutare, et sic fecit, et deputavit quosdam ribaldos artifices numero duodecim ad regimen Terre Utini.

Partes erant inter Cives Terre magne, unde ipsum Dnum Fredericum militem multum cepit odio. Hoc totum dicebatur facere inductu Dni Padue, qui nondum Terras perdiderat, et inductu Civitatensium.

Dna Elisabeth relicta olim Nob. D. Francisci Patris ipsius Dni Frederici eius noverca lamentabatur D. Pathe contra ipsum Dnum Federicum, ex quo ipse D. Federicus secessit in Castro suo Pinzani non audens in Utino moram ducere.

Dnā Elisabeth prędicta habebat in Curia D. Pathę quemdam Militem suum consanguineum una cum ea instantem Dnō Pathę. Eidem domino contra ipsum D. Federicum petebat, ipsa domina ipsi Dnō Federico tamquam heredi Dominorum Francisci, et Hectoris eius filiorum, et dicti olim Dni Francisci Militis patris dicti Dni Federici, partem eorum tangentem de hęreditate paterna dicti olim Dni Francisci eius viri.

Dnus Federicus videns Dnum Patham indignatum contra eum contentus erat, ut ipsa questio determinaretur per modum iudicij, et in terminis coram suo Vicario et in iudicio vel in Bononia, aut Parisio in puncto iuris; si in aliquo eidem teneretur secundum determinationem iudicij sui, vel sapientum sic facere non recusabat; contra quem Dnus Patha prędictus sepe in Terra Utini Arengum fieri fecit.

Finaliter uno die fecit capi quemdam Ciuem nomine Dechalamus de Andreottis de Utino hominem antiquum ętatis añorum ferè 70, qui semper amator, et defensator extiterat Domus Sauorgnanorum, nunc autem contrarius ipsius Dni Federici, qui quemdam nomine ..... suum inimicum interfecerat de Colloneriis super dominio Dominorum Ducum Austrię prope Villam Curię Naonis. Erant circumcirca 30 añi, de cuius obitu Litteras absolutionis habebat à Dnis Ducibus Austrię, à Dnis preteritis Pathis, et pacem cum eius inimicis.

His omnibus non obstantibus poni eum iussit in manibus nouorum Rectorum inquorum, inter quos erant Blasius Speronarius, et Cristophorus Minulinus

notarius

notarius inimici Dethalami, ipsumq; acerrimè tormentantes, ipsumq; Dethalamu̅ duci fecerunt subito ad iudicium in Platea Utini. Et crida facta fuit, ut in pęna ducatorum ducentorum nullus sua uerba facere ausus esset. Et D̅no stante ad fęnestras Castri gentes suę in Platea armatę, Martinus Thomasini sententiam protulit contra eum debere decapitari. Sed Nicolaus q.m Gabrielis sententiam protulit, quod nec eum condemnabat, nec eu̅ absoluebat.

Ipse uero Dethalamus propter torturam sibi data̅ n̅o poterat pede stare, sed portabatur super una Cathedra, ibiq; stans nullus ausus fuit sua̅ uerbum fecisse, sed ipse solus uix loqui potens ex nimia tortura petebat, et requirebat sua iura absolutionis audiri debere, nihilum ei ualebat iura eius, nec ualuerunt, quia portatus super cathedra, illico fuit decapitatus, qui si stetisset in dilectione ipsius D̅ni Federici, non sic factum foret de eo, imo factus erat de familia dicti D̅ni Pathę duobus diebus ante habens eius litera̅ familiaritatis, et detruncato ei capite ultra horam stetit in capsa, quare D̅nus Patha habere uoluit ab eodem pro incertis libras mille solidoru̅, quos habuit.

Post hęc dum D̅nus Patha esset in cęnis misit in Ciuitate̅ Utini pro quoda̅ Aduocato diuite nomine Nicolaus Manini, qui totus erat intimus amicus, seruitor, et dilectus D̅ni Federici, qui subito ascendens Castrum iuit ad presentiam ipsius Domini, et sic iussit retineri usquequo cęnasset.

Exiuit unus, et uenit in plateam dicens populo: Nicolaus Manini retentus est per D̅num carceratus. Hoc audito totus populus ascendens Castrum

petierunt Nicolaum eorum vicinum sibi dari, pro quo securitatem facere intendentes, si quid fecerat quod ipsum cum terminis ducere deberet, quia nō erat usus Dominorum pretecritorum sic Cives capere, et quod nolebant hoc eis inovari, visoq; furore Civium Dominus ipsū Nicolaum eis dedit, et subito de Terra recessit cum quatuor socijs furibunde, et cū iniquis verbis contra Cives, et ivit tunc in Suffumbergo.

Post hęc ira maior crevit inter ipsū, et Cives. Hinc sui rectores regebant, et Dnūs Federicus requisitus per populares venit in Utino, qui assumptus est per omnes Cives, ac si Deus venisset salvo quia aliqui tenentes partem Dni erant in Terra, et omnia ut apparuerunt describere longum esset.

Sed adveniente carnisprivio in domo D: Fedrici erat magnum solacium; Corizantes, et Juvenes Utini ordinaverunt astiludium in Terra Utini, et in ipsa Terra venerunt Seneš Dni Pathę Bohemus Miles consanguineus Dnę Elisabethę, Franciscus, et Andreas fratres filij Nassinguerrę de Civitate, Hendricus Bleon q:m Petri de Faganea tunc Marescalcus dicti Dni Pathę ob hoc ut dicebatur factus, et quidam Marcus de Faganea cum eorum famulis, ostendentes se causa festi, et astiludij venisse. Intraverunt ad choream in domo ipsius D: Fedrici, quos surgens à scamno lętanter suscepit, et in eorum recessu eos secum in cenis voluit stetisse, et eis honorem impendit, rogans, ut in crastino cum eo sint in prandio. Ipsi obtenta licentia recesserunt.

De mane

De mane uero die Lunę 15. Februarij ipse Dnus Federicus intrauit suam Capellam, et Missam audiuit, et cum eo erant solum de eius familia tres, et obtinebat familiam bonorum sociorum in aspectu, qui multum fuerunt tristes, et nondum à lecto surrexerant.

Et dicta die prędicti Jenek Miles Bohemus, Franciscus, et Andreas fratres cum uno altero per suum nuntium sentientes ipsum fore quasi solum in Ecclia, ac cum Hendrico, et Mario, et alijs familiaribus numero, 14, et non pluribus, ipsis ad eius Capellam uenientibus unus custos portę ipsius D. Fedrici nomine Paulus illico uidens istos sic uenire, festinanter iuit ad ipsum Dnum suum, et clausit hostium Capellę dicens. Dnē uelociter ueniunt uersus uos Familiares Dni Poetę, dubito qd nō ueniant in nocumento uestrę Personę. Cui Dnus Federicus respondens ~~ridens~~ dixit: aperi hostium, non dubito Familiam Dni mei, et confestim aperuit hostium.

Aperto hostio isti approximauerunt coram hostio, et D. Federicus erigens se, dicto Euangelio Sancti Ioanis ad aquam sanctam, quę est in medio Ecclię se signauit.

Istis intrantibus uidt. Franco, et Andrea fratribus Jenco, et duobus alijs, Miles non descendit, nec illi de Faganea, ipsi ante Ecclam cum balisteris extensis, et gladijs euaginatis stantes, et cum D. Federicus eos uidit, non dubitans eos ipsum lędere uelle, imo obuiam eis fuit, eleuans caputeum eos humiliter suscepit. Ipsi autem euaginatis gladijs

ipsum inter Templum, et Altare crudeliter, et proditorie eum ibi mortuum permiserunt.

Quidam nomine Deserens familiaris dicti Dni Federici nomine Deserens de Glemona fugam post Altare se abscondens rapuit. Quidam nomine Milunz audito clamore Ecclesiam cum isto ense velociter intrans contra istos, et isti contra eum, eius ensis fractus ad merlas, illico se, et ipsum percusserunt, qui quasi mortuus ad terram cadens ibi remansit, et nisi eius ensis fractus foret, aliquem, vel aliquos interemittet, sed tamen liberatus est à vulneribus sibi factis. Quo audito clamore vix ad equum ascendere potuerunt, et ob hoc istum percussum dimittentes ibi ipsum nõ interfecerunt. Et subito Miles equitavit ad domum Dnę Elisabethę secum duci faciens unum palafrenum, videns eam secum ducere extra Terram, et non inventa Dña domum, quia erat, et iverat ad Ecclesiam subito sequens predictos Malefactores portas Civitatis Utini exiverunt, et clamor maximus in populo intonuit, et factus est valde; Volentes aliqui portas claudere, sed exiverunt.

Tunc Populus subito fuit congregatus, et ceperunt Christophorū Misulini, et Platunium, ac ipsam Dominam Elisabetham, ipsam, et ipsos in furore populi, et super ipsa Platea Utini in instanti crudeliter sunt iugulati ob mortem ipsius Dni Federici.

Post hęc vero quidam notarius nomine Hieronimus de nece ipsius Dni Federici

consius

consius, et cusfratus in alto suspensus est per Rectores Utini. Et tunc Rectores ipsius Dñi ~~Pache~~ Joañis Pachę expulsi, et ~~expulsi~~ exclusi ab omni eorum regimine, Consiliarios, et Rectores inter se fecerunt.

Post hęc ℞ Nicolaus magri Gregorii, qui nominatus erat ℞ Nicolaus à Dominabus advocatus homo iniquus, qui ex nichilo factus erat ditissimus cum Dñis de Savorgnano, et in diem hodiernum bene amatus fuit, et tractatus per ipsum D. Federicum, tenens partem D. Pachę prędicti, lętusq; de nece pręd. olim D. Federici, per quendam Dominicum Ciabium Pelliparium prope Sanctum Lazarum Utini interfectus est.

Post hęc Martinus Thomasini partem ipsius Dñi tenens, et lętus de morte ipsius Dñi Federici uno die de mane in Terra Utini per Joañem de Andreottis fratrem dicti olim Dethalami decapitati, et per Petrum de Triesto, et per Piticum de Mōnō familiarem dicti olim D. Federici militis interfectus est. Haecq. Joañes Not. q.m Aylini de Maniaco.

Descriptus per Antonium Bellonum Notarium.

Contenta in 6 praecedentibus paginis, quae ut acta fuerunt suis temporibus scripta reliquit posteris Joannes q.m Aylini Not. Maniaci et postea de scriptis eiusdem exemplata fuere p. Antonium Bellonum Not.m Coll. Utinen. in quodam ipsius Quaterno exi- stente penes A. R. P. Agricolam Agricola Oratorii huius Civitatis de eodem Quaterno requisitus rescri- bere feci med. aliena manu et facta incon- tratione in testimonium subscripsi et signavi

(Locus Signi) Ego Antonius Martinelli P.V.A. Not. Collegii Utinen.

Utini die 4 May 1714. L.D.O.M.

6 c

A

Cronaca di Gio: Atilino di Maniaco: cioè il cominciam.to della med.ma sino a quelle parole: Forzay et qualcz.
copia ~~tratta~~ da quella di Camillo Manini ~~presso~~ (ch'è tra i Mss. del Fontanini)

di mano di Giangiuseppe Liruti

Dono del
conte Fabio Beretta.

Udine 16 apr. 1880

Inches 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13
1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 30 31 32 33
Centimetres
Kodak Color Control Patches
© Kodak, 2007 TM: Kodak
Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black